PASSIO SANCTI BLASII. GREGORIUS MAGNUS. VITA SANCTI BASILII
3. Viertel 12. Jh. Seite 70v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



quo inpudens mulier a fenestra eius cellulę fatigata
recederet. Quę ... die eodem mox ut de monte des
cendit uitam finiuit. ut ex mortis eius sententia daretur
intelligi. quia ualde omnipotenti deo displicuit. quod eius
famulum ausu inprobo constituit. Alio quoque tempore
dum multi ad hunc religiosa deuotione concurrerent.
atque arta esset semita quę in diuexo montis latere ad
eius cellulam properantes ducebat. puer paruulus in cau
te gradiens ex eodem monte cecidit. et usque ad uallem
corruit. quę sub monte eodem sita quasi in profundo con
spicitur. In loco quippe eodem tanta mons altitudine ex
creuit. ut arbusta ingentia quę ex eadem ualle prodeunt
ex monte aspicientibus quasi frutecta uideantur. Perturbati
itaque sunt cuncti qui ueniebant summaque cura quesi
tum est. si cubi corpus collapsi pueri posset inueniri.
Quis enim aliud nisi extinctum crederet. quis uel corpus
ad terram integrum peruenisse suspicaretur. dum inter positis ubi
que scopulis in partibus discerpi potuisset. Sed requisitus pu
er in ualle inuentus est non solum uiuus. sed etiam incolumis.
Tunc cunctis patenter innotuit quod ideo ledi non potuit.
quia hunc in casu suo MARTINI oratio portauit. In spe
cu uero illius magna desuper rupis imminebat. quę cum ex
parte exigua monti uideretur affixa. martini cellę pro
minens casum suum cottidie et illius interitum ruin
tura minabatur. Ad hunc mascator illustris uiri ar
mentarii nepos. cum magna rusticorum multitudine ue